



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita alterius senis cononis. Capvt. XXII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

ABbas Gerontius Præpositus mōasterij sancti Patris nostri Euthymij, narravit mihi, & Sophista Sophronio dicens. tres simul eramus trans mare mortuum, ambulantesque nobis in montem, Anachoreta quidam aliusque maris ripam deambulabat. Contigit autem Sarracenos transire per loca illa, & occurrere illi. Cū ergo præterissent illum, reuersus vnus eorū is Anachoretę caput abscidit, nobis de longinquo spectantibus. iam enim conscenderamus montem. Cum vero lachrymaremur tristes propter Anachoretę casum, repente cernimus ¹ auem superuenientem, raptum Sarracenum in sublime ruisse, atque in deinterram illum dimisisse, ex cuius lapsu Sarracenum interiisse.

¹ *Disce ex hoc loco Sanctis non inferre nocentia.*

Vita alterius senis cononis.

SENEX quidam erat in Cœnobio sancti patris nostri Theodosij, nomine Conon, Cilix genere, hanc vitę normam per triginta annos ¹ studens. Semel comedebat in hebdomada panem & aquam, & sine intermissione operans, nusquam de Ecclesia egrediebatur.

¹ *Tria hic habes, Miram abstinentiam, Aquam potum, Operum manuum.*

Vita Theoduli monachi.

ALIVM vidimus senem in eodem monasterio, Theodulum nomine, qui miles antea fuerat.